



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Hyems.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

AUTUMNUS.

HYEMS.



AUTUMNUS. CAP. XXVII.

CORNU copiarum uvis & pomis plenum, Autumnum indicant: quoniam tunc vina fiunt, & omnes fructus pleno copiarum cornu fundi videntur.

HYEMS. CAP. XXVIII.

MENSA apud ignem parata, Hyemem significat: quia frigus & quies post aestatis labores parata, terraeque opes congestae ad lautius vitae genus invitare videntur, unde Poeta, *Invitat genialis* Virg. i. Ge-
C *Hyems*, & Horatius: *Horat. l. i. Car. Ode 9.*

*Vides ut alta sset nive candidam
Soraete, nec jam sustineant onus
Sylvae laborantes, gelugue
Fumina consisterint acuto.
Dissolve frigus, ligna super foco
Large reponens: atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Taliarche merum dyota.*

PAPAVER.
CIVITAS. CAP. XXIX.

PAPAVER praeter ea, quae de illo scripsit Pierius, Eusebio auctore, civitatis symbolum est: quia ut in civitate multi homines habitant, sic in papaveris capite quasi intra eadem moenia multi sunt semina: & ut civitas in vicos & domos est distributa, sic & papaveris caput in multas intus partes est divisum, multaque interstitia habet.

*At illa nationes no-
dum cer-
ram signifi-
care ait, id
est, civita-
tes & po-
pulos. l. 18.
de Papave-
re.*

IRIS HERBA.
ELOQUENTIA. CAP. XXX.

IRIDEM herbam eloquentiae signum esse, nemini mirum videri debet: cum Homerus fingat Trojanorum oratores, ut qui disertissimi essent, Irisoclam, id est, Iridem herbam floridam comedisse, quod

Cccc 3

quod